

stra eliciat, & ex quo non, ex quo manus suas etiam a laborum copia excusauerunt, quis ergo laborum perfectissimus sit vel non, merito ignorare debuerunt. Sed quare fuerit opus illorum diminutum, dicimus quia adurentiam in sulphure dimiserunt & fugam que non solum non perficiunt, verum etiam dissipant & destruant,



SERMO DE NEGANTIBUS artem ex suppositione illius in arsenico.



Caput. xv:



Lij vero in arsenico in eodem & suo comparati hunc lapidem inueniri existimantes necesse esse & profundius ad operis consummationem attendentes, non

solum per sublimationem mundauerunt adurentem sulphureitatem. Verum etiam remouere conati sunt terrestreitatem, relicta in illo fuga, ad quam projectionem similiter delusio superuenit, quia non adhesit stabili-

ter in his ipsis corporibus, sed successiue aut paulatim euauit, relicto tali corpore in priori sua dispositione. Qui & similiter arguerunt interimentes ut primi, et eisdem ut primis respondentes artem affirmamus, & eam scimus esse, quia vidimus & veritatem tetigimus.

SERMO PARTICULARIS DE NEGANTIBUS

ex suppositione in

sulphure per

admixtionem

ultime

librem

illis

us.

Caput. xvi.

Lij quidam profundius in ipso viderunt, mundauerunt illud & fugam et adustionem abstulerunt, & factum est eis fixum &

A

terreum, nullam dans ignis calore fusionem bonam, sed solam vitrificatorem, & ideo non potuerunt in projectione corporibus permisceri, ideoque arguunt ut primi, & eisdem respondemus sicut primis, quia opus diminutum dimiserunt, nec illud complere sciuerunt, Ingressionem enim que est perfectissimum, vltima inquirere ignorauerunt.

B iij